

placiter sim-  
pliciter sim-  
pliciter sim-  
pliciter sim-

non ipsa. Sicut igitur omnis hujusmodi perfe-  
ctio Deo, utpote perfectissimo exemplari, &  
absolutissima Idea rerum omnium, conceden-  
da est; ita Parisiensis Cancellarius nullam hujus-  
modi perfectionem Mariæ, utpote Deo quàm  
simillimæ, negandam existimavit; ut quidquid  
Maria est, quidquid erit, adeo perfectum di-  
cas, ut melius sit ipsum, quàm non ipsum;  
ut nihil, inquam, Mariæ melius; imò ipsam  
omnibus creatis perfectionibus meliorem mer-  
ito pronuntiaveris de Gersonis sententia :  
atque adeo primum, post Deum ipsum, &  
ejus Filium, exemplar creaturarum omnium  
nobilissimum, quarum perfectiones ipsa con-  
tinet eminentissimâ ratione. Neque de solis  
perfectionibus naturalibus signatim, gra-  
tiæ & gloriæ, quæ in Angelis & electis res-  
plendent; quibus omnis gratiæ, atque gloriæ  
exemplar extitit Virgo ipsa. Unde ex non-  
nullorum sententia fateri oportet, originalem  
gratiam, qua Angeli, & primi nostri Paren-  
tes fulserunt, in Maria præfulsisse, & præ-  
luxisse; imò potius ab ipsa, tanquam ab exem-  
plari in illos quodammodo fuisse transcriptam  
& translata.

Quidquid  
in Maria  
fuit, est, &  
erit, adeo  
perfectum  
dicendum,  
ut melius  
sit ipsum  
quàm non  
ipsum.

Deipara  
creaturarum  
finis, & sco-  
pus, atque  
adeo immu-  
nis ab omni  
culpa.

S. Andre.  
Jerofoly.

846 Denique, Deiparam creaturarum om-  
nium finem esse à Deo præfixum, multis pos-  
sem evincere. Nec loquor de causa finali  
primaria & ultima; nam hæc extat Dei bo-  
nitas & gloria, sed de secundaria & media,  
seu non ultima, divinæ tamen quàm simillima,  
& proximior; qualis est Dei Genitrix Vir-  
go, cujus bonitas tanta est, ut ob illam nun-  
cupetur imago bonitatis divinæ, uti supra ob-  
servavimus. Subinde jam noviter forsam pre-  
mo celebre pronuntiatum Sancti Andreae Pa-  
triarchæ Constantinopolitani in 2. Hom. de  
Assumpt. B. Virg. Mariæ, quam hoc Hymno  
magnificè dilaudat. *Hic est finis testamento-  
rum, quæ nobis fecit Deus. Hic est scopus, qui  
excogitatus fuit ante sæcula. Hæc sunt primitiæ  
communionis, & conjunctionis omnium genito-  
ris Dei cum suo figmento.* Planâ ac plenâ ex  
intima Theologia sumptâ sententiâ, Scopum an-  
te sæcula excogitatum Deiparam compellat, in  
quam univèrsæ creaturæ collineabant quæ-  
cumque ante omnem æternitatem edendæ co-  
gitabantur. In hunc scopum, in hunc finem  
intentum conditorem dicit; quidquid cum  
hominibus pacisci disponebat, quidquid di-  
vini in suis creaturis commercii cogitaret,  
Maria in primis cogitabatur. Haud remota  
hinc consecutione conficias, Deiparam nul-  
lâ unquam peccati labe obturpata dicendam.  
Etenim, si cum primùm summus ille rerum om-  
nium opifex pulcherrimam hanc universitatis  
molem extra suam naturam molendi consilium  
inivit, prima divinum illud consilium occu-  
pavit Maria, quam cæteris creaturis tum  
mente præditis, tum rationis expertibus, tan-  
quam finem optatissimum amandum, obtinen-  
dumque proposuit, consequens omnino est  
asserere eandem B. Virginem Deiparam nullâ  
improbatis nota fœdatam fuisse electam, ac  
creaturis propositam, in quam omnes, tanquam  
in finem, intenderent. Neque enim quis in fi-  
nem feratur, nisi bonum, nisi honestum, nisi  
utile, nisi delectabile. At quænam in peccato  
honestas? quæ utilitas, quæ possit obici, in  
quam contenderet creaturæ? Maximè cum  
eodem simul consilio & hunc creaturarum fi-  
nem, Mariam nempe, destinaverit conditor,

& intermedia, quibus obtinendus erat, pec-  
catum ipsum permisit, quo homines ob-  
voluit, Mariam impensius optavissent, ejus-  
dem peccati detergendi optularicem, hu-  
manæque salutis per sanctissimum Filium af-  
ferendæ unicam conciliatricem. Oportuit  
igitur peccati adversariam, à peccato alie-  
nam extitisse; neque hosti fœderatam, quæ  
adversus hostem, cœli terræque votis auxi-  
liatrix optabatur, atque exposcebat. Vi-  
deor satis mentem Andreae aperuisse, & ratio-  
nem à sine deductam pro immaculato Virginis  
conceptu. Juvat rem totam confirmare, alicui  
aliis testimoniis.

847 Iterum rationis trutinæ mandanda illa  
Deiparæ verba apud Salomonem Prover. 8. 22.  
*Dominus possedit me in initio viarum sua-  
rum, antequam quidquam faceret à principio.*  
Vertas cum Sancto Epiphanio Hæresi 96. &  
in Ancorato: *Dominus instar pulli excludit  
me.* Atqui veteres Aegyptios existimasse,  
mundum univèrsam instar ovi esse ex divino  
ore prodeuntis, supra numero 627. statueba-  
mus. Juxta hæc, reor Salomonis eam esse  
mentem, dum instar pulli exclusam à Deo  
Dei Genitricem autumat; ut mundus hic ovo  
assimiletur, & eum ad finem conditus sit, ut  
nobilissimus fœtus, Christus nempe, & Ma-  
ria, instar pulli ex ovi candidiori & muni-  
diori substantia procrearentur. Ovum enim  
ad id factum, ut ex eo pullus excludatur:  
& sicut albumen & vitellus in ovo sunt, al-  
terum quo pullus generetur, alterum quo nu-  
tritur; sic etiam orbis in eum finem condi-  
tus, ut in eo Christus & Maria generentur, &  
educantur. Benè ergo tum Filius, tum etiam  
Mater, quasi uno ore, de se annunciant: *In-  
star pulli excludit me.* Nempe instar pulli col-  
lubarum, ut Mariani & Dominici conceptus  
puras & immunitas commendentur. Nam  
instar candidæ columbæ conceptam & pro-  
genitam Deiparam sæpè diximus supra à num.  
151. & num. 625.

Prov. 8. 22.

Mundus in-  
star ovi eo  
sine condi-  
tus ut nobi-  
lissimi pulli  
Christus at  
Deipara  
procreantur.

848 Hinc etiam spectat Bernardi illius mel-  
lissimi luculenta sententia ex Sermonem 1. in Can-  
ticum *Salve Regina.* Propter hanc totus mun-  
dus factus est; & hæc gratiâ Dei plena est, &  
per hanc homo redemptus est, Verbum Dei ca-  
ro factum est. Quasi dicat: Ideo Deipara to-  
tius univèrsi, omniumque rerum conditarum fi-  
nis & scopus est, quia per illam Deus homo fa-  
ctus, & mundi redemptio facta. Quid mirum  
si gratiâ plena fuerit, vel à suæ conceptionis  
momento? Sic causæ finalis sibi rationem in-  
duet, quæ originariâ suâ bonitate, honestate,  
utilitate, & delectatione creaturas ad se alliciat,  
& rapiat: finis enim, auctore Philosopho,  
est quid optimum, & in primis appetendum,  
ut qui mediis suam bonitatem, & appetibilita-  
tem communicet: nihil autem est in hoc mun-  
do, Deiparâ melius, post Christum, atque a-  
deò eam ejus finem, & quid optimum, quo ni-  
hil melius, esse fatendum. Propter hanc totus  
mundus factus est.

S. Bernar.

849 Enumera res omnes, quæ cælo, terrâ,  
marique continentur, omnia certè condita  
sunt propter unam Dei Genitricem. Et quem-  
admodum quidquid agricolæ elaborant in  
arboribus ferendis, colendisque est ratione ger-  
minis & fructus; ad hunc quippe finem hauri-  
tur aqua, terra foditur, & stercoreatur; sic orbis  
univèrsus ad instar arboris est, eo sine à Deo  
satus & cultus, ut ex illo procreetur Deipara  
tanquam

Et sine con-  
ditus un-  
dus ut radix  
Jesse esset,  
unde Virga  
Maria cum  
suo flore &  
fructu Jesu.

Isai. II. 1.

S. Maxi.

Omne genus  
humanum  
instar arboris,  
ut ex eo  
prodirent  
Jesús &  
Deipara.

Isai. 2. 4.

Genes. 2. 15.

tanquam germen, & Christus tanquam fru-  
ctus. Sic Isaias cap. 4. 2. *germen Virginem  
Matrem appellavit; & Christum fructum ter-  
ræ sublimem.* Et Jeremias cap. 23. 5. Mariam  
Davidis proceptum vocat *David germen ju-  
stum.* Hebraicè *ledavid* in dativo, id est, *Da-  
vidi natum*; unde fructus terræ sublimis Chri-  
stus Dominus. Ratione igitur hujus germinis,  
& fructus extant quæcumque in hac univer-  
si arbore conspiciuntur. Subinde non solum  
Filius, sed Matris etiam Deiparæ immunitatem  
concludas cum eodem Vate Isaiâ cap. 11. 1.  
*Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de ra-  
dice ejus ascendet.* Hebraicè, & flos de radice  
ejus abundabit, multiplicabitur, fructificabit.  
Virga ex Davidica stirpe Maria est, flos autem  
fructificans Christus, ex communi Patrum  
expositione. Observavi supra pro egredietur  
poni verbum Hebræum *iatfa*, quod Hebræis  
valet, *gignetur, producetur, principium capiet,  
conspicietur purissime.* Vertas etiam ex LXX.  
*Egredietur florida, seu producetur florescens  
virgo.* Quasi dicat: In eum finem mundus  
conditus, ut radix Jesse esset unde virga seu  
germen Maria cum suo flore & fructu Jesu  
mundissima conciperetur, ut quid optimum;  
ut scopus, ad quem omnia retulit Deus, &  
propter quem orbis univèrsus in suo esse per-  
stat. Hic premenda Rupertii Abbatis verba, ex  
lib. 3. in Cantica, data supra num. 219.

250 Nec prætereunda pulcherrima S. Ma-  
ximi Ambrosii coarcti sententia in Sermonem de  
Assumptione, cuius initium est, *Omne aliquid  
dilectissimi, sic ille: Ductor mortis diabolus,  
per cuius invidiam mors introivit in orbem  
terrarum, omne humanum genus in primo Pa-  
rente veneno nequitia suæ potavit, quasi arbor-  
rem in radice, antequam proles propaginis pro-  
diderit, vitavit. Inde est quod radix vitata quo-  
tidie frondet, frondeque ejus indesinenter per  
mortem marcescunt. Sed sæpè contingit, quod  
aurum fulgens reperitur in luto, & ex pungente  
spina pulchrè rubens oriatur Rosa. Hoc enim  
operante Providentiâ divinâ ex radice vitata  
sine vitio prodit Virga, qua intelligitur Beata  
Virgo Maria, attestante Isaiâ, qui dicit: *Egre-  
dientur virga de radice Jesse, &c.* Sapienter ad-  
modum omne genus humanum arbori assimila-  
vit: Cum autem Diabolus præfentiret, in eum  
finem plantatam hanc arborem, ut ex illa pro-  
diderit Dei Genitrix, quasi germen Domini in  
magnificentia & gloria; & quasi germen *Da-  
vid justum*, purissimè in sanctitate & justitia  
producenda, ut sic sosculeus JESUS ex ea  
ascenderet, & fructificaret: ne tantus fi-  
nis, ut quid optimum, obtineretur, arbor-  
rem in radice vitavit per originale delictum;  
in Adamo nempe, primo humani generis  
capite, quem Deus in Paradiso posuerat,  
ut operaretur, & custodiret illum; nimirum  
Adam qui radix erat, & quem custodivit,  
voluitque altas agere radices, ut ex eo Ma-  
ria, tanquam germen, & Christus ut fructus  
prodirent. Sed quid, quæso, sic radice vi-  
tiatâ, tandem evenit? Finisne consecutio,  
in quem Deus omnia referabat, fixitque ob-  
tutum in prima univèrsi conditione, omnino  
frustrata? Neutiquam certè; nam operante  
Providentiâ divinâ, ex radice vitata sine vi-  
tio prodit Virga Beatissima Virgo Maria, at-  
que ex illa flos fructificans, & fructus terræ  
sublimis Christus Jesus. Atque ita sapienter  
operata est Dei Providentiâ, ut peccatum  
P. Udeph. de Flores in Eccles.*

ipsum, quo vitata radix est, intermedium  
quoddam fuerit ad ipsam destinati finis con-  
secutionem.

851 Hinc illud est, quod cum justè possit  
Deus, propter primi Parentis peccatum ma-  
gnum & multiplex, humanum genus perdere,  
& orbem univèrsam ad nihilum redigere; vo-  
luit tamen, ad destinati & præscripti finis pro-  
secutionem conservare & propagare: ut vi-  
delicet Virgo Deipara unâ cum prole sua pro-  
gigneretur, & ab Angelis & hominibus cole-  
retur. Audiendus S. Bernardinus in Sermonem  
61. *Maria sola per multa millia amorum, S. Bernar-  
antequam nasceretur, primò & principaliter A-  
dam & Evam, & totam ejus posteritatem præ-  
servavit in esse. Constat nempe, quod ex pro-  
pria transgressione Adam, & Evæ, non solum  
mortem, sed & annihilationis exterminium me-  
ruerunt, & divina ultio, quæ personarum ac-  
ceptionem ignorat, sicut nec culpam Angelicam,  
sic neque humanam dimisset impunem: sed pro-  
pter præcipuam reverentiam, & singularissimam  
dilectionem, quam habebat ad Virginem,  
præservavit.* Pergit deinde Bernardinus satis  
benè, etsi fusè. Propter istam nobilem creatu-  
ram Deus salvavit Parentes primos de prima eo-  
rum transgressione, Noë de diluvio inundante;  
Abraham de sede Regis Chodorloamor; Isaac de  
Ismaele; Jacob de Esau; Judaicum populum de  
Aegypto, & de impia Pharaonis manu, & de ma-  
ri rubro, de viulo in deserto, de manibus diver-  
sorum Regum, & Tyrannorum. Et ut brevi ser-  
mone comprehendam, omnes liberationes & in-  
dulgentias factas in veteri testamento, non am-  
bigō Deum fecisse solum propter hujus benedictæ  
puellæ reverentiam, & amorem, quibus eam  
Deus in suam prædestinationem præhonorandam  
cunctis operibus suis ab æterno præordinavit.  
Tantum Bernardinus. Ut appareat quàm im-  
pensè Deus optimus Maximus in Virginem  
Matrem suam, tanquam in finem, ad quem om-  
nia referebat, divinum suum defixerit obtu-  
tum.

Moralis illustratio.

SECTIO XXVI.

Os sapientis, thesaurus sapientiæ est; à quo ni-  
hil non pretiosum, divinum, & factum.

852 **D**Um Pater æternus os suum referasse  
dicitur, non nisi sapientiæ thesau-  
rum etudit; nihil non pretiosum, divinum, &  
Sacrum ex illius ore prodit: ipsa nempe Dei  
Sapientia personalis, Verbum ipsum divinum,  
sive quæ Deus, sive quæ homo est; in quo  
sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ ab-  
scconditi. Ad Colossens. 2. 3. Hoc enim il-  
lud est, quod de se annunciat: *Ego ex ore Al-  
tissimi prodivi, &c.* Ut videlicet Sapiens quis-  
que interim admoneatur, os illius thesaurum  
sapientiæ esse, à quo, quoties ad loquendum  
aperiatur, non nisi pretiosus, divinus, & facer-  
fermo effundi, audiri que fas sit. Proverb. 21.  
20. sic loquitur Rex Pacificus: *Thesaurus de-  
siderabilis requiescit super os sapientis, juxta  
LXX. Interpretum translationem. Thesau-  
rum appellat multa divinæ sapientiæ arcana,  
Theauri ad instar in tuto pectoris reposita, suo  
tempore effundenda ore referato; ex quo nihil,  
quod vile, & abjectum sit; nihil, quod pretio-  
sum, & sublime; sacrum, ac divinum non  
extet,*

extet, ad erudiendos animos effluere debet. Et reor id sapientis ori tribui, quod arcæ Regiæ Thesaurum claudenti, atque custodiendi; quam ubi aliquis aperuerit, divitias invenit, aurum, argentum & gemmas; nihil vile, quod non deceat Regium cultum, Regiamque arcam. In ore & ab ore Christiani Doctoris neque inveniri, neque audiri debent nisi divina verba, quæ passim in sacris litteris auro, argento, ac pretiosissimis gemmis assimilantur. Pl. 11. 7. Pl. 18. 11. & Psal. 118. 72.

853 Mundi Magister, ut Evangelici Doctoris munus commendet, ait apud Matth. 13. 52. *Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.* Nova, & vetera, ex recepta Sanctorum Patrum interpretatione, appellat divina ex veteri, & novo testamento eloquia: thesaurum verò, ipsum Christiani Sapientis pectus dicit, quem similem vocat bono familias-Patri divitias abundantiam ad familiæ sustentationem, & splendorem. Sic Apostoli instructi Scribæ dicuntur (ait ibi S. Hieronymus) *pollebant opibus Patri-familias*: quibus similiter pollere debet Doctor quisque Evangelicus, sapientiâ nempe divinâ, & sacrarum Scripturarum notitiâ, quæ super os illius requiescat tanquam thesaurus desiderabilis: ex quo quidquid proferat, pretiosum, sacrum, & divinum oportet esse, perinde ac si ex opulentissimo thesauro aurum, argentum, & pretiosa quæque proferret. Verba, inquam, ad vitia perstringenda, & audientium animos ad virtutem erigendos, & formandos, vera & solida ex germana sanctorum Scripturarum interpretatione, ex Patribus elicita: non levia, non fucata, non splendens solum ad illicium voluptatis composita. Rectè proinde Vincentius Lirinensis Abbas premens illud Pauli ad Timoth. Epistola 1. cap. ultimo vers. 21. *O Timothee depositum custodi; sic interpretatur; Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde. Nolo mihi pro aliis alia subicias. Nolo pro auro plumbum, aut aramentum supponas. Nolo auri speciem, sed naturam plane.* Sic ille in libello pro Catholicæ fidei antiquitate cap. 27.

854 Matthæi 17. 23. *accidentibus exactoribus ad Petrum, ut tributum didrachmatis solveretur à Christo, Christus mittit Petrum piscatum: Vade ad mare, & mitte hamum, & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies staterem; illum sumens da eis pro me & te.* Mitto litteralem intelligentiam; mysticam disquirō. Quis per piscem ascendentem designatur? Quid per staterem, id est, fictum, sive duo didrachma portenditur? Cur potius stater ex ore piscis defumendus? Ingeniosè ostendit Sanctus Hilarius in Canone 17. super Matthæum, his verbis: *Petro adhaesit beatus ille primus Martyr à Domino, qui ore suo quadrigeminum denarium continebat, id est, Evangelici numeri unitate, Dei gloriam, Dominiisque Christum in passione contiens, predicabat. Stephanus igitur primus ascendit, Stephanus staterem in ore continuit: in quo etiam didrachma novæ prædicationis, tanquam duodenarii, habebatur.* Vides Stephanum sacrum Ecclesiæ Doctorem, & sapientissimum Concionatorem in pisce adumbratum; vides in ore illius, ubi thesaurus desiderabilis requiescebat, non nisi

1. Timoth. c. ulti. 21. Vincenti. Lirin. S. Hilari.

aurum & argentum in monetam excusum inveniri; eloquia scilicet divina, magni pretii prædicationem? Sic eloquia Domini, *argentum igne examinatum, probatum terræ, appellantur Pl. 11. 7.* Ubi noster Lorinus scitè observat, sermonem esse de argento in monetam excuso, ubique valente, & à nemine recusato, quod vulgò dicitur *moneda corriente.* Et quod singulare est ad rem nostram, Lobius Monachus in Bibliotheca Photii, pagina 220. comparat hæc eloquia cum staterem, quem Christi jussu Petrus extraxit de ore piscis; ut Doctor quisque Christianus, bonusque concionator admoneatur, ex aperto ejus ore non nisi gravia verba, divina, sacra & pretiosa effundi & audiri, fas esse.

855 Illustris pro instituto nostro locus Malactia est cap. 2. 6. ubi de Sacerdotali officio loquitur: *Lex veritatis fuit in ore ejus & iniquitas non est inventa in labiis ejus. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum est.* Jubet in primis Deus ne quid unquam simulatum, & falsum, fraudulentum, & iniquum in sacerdotis ore deprehendatur; sed lex dumtaxat veritatis, ac veræ legis verba audiantur, pretiosa, sacra, ac prorsus divina, à Dei lege hausta. Cujus rei rationem ostendit: quia in sacerdotali ore divinæ legis, ac sapientiæ thesaurus servari debet. Theauri enim metaphoram agnoscunt docti Interpretes in verbo *custodient.* Non proferent, aut fundent dicit, sed *custodient:* ne sapientiæ thesaurum temerè effundat, sed prudentiæ clavibus custoditum in tempore dispenset. Hinc est quod nec populus sacerdotem nec vult nec debet consulere nisi de lege, & morum sanctitate; & legem requirent ex ore ejus: nec sacerdos ipse nihil, quod non legis sanctitatem, & veritatem oleat, ex suo ore fundere debet. Sapientis os templorum ostiis comparavit Socrates apud Stobæum Sermo. de virtutibus: *Quemadmodum, inquit, ex templi janua aperta, pulcherrima simulachra perspicuntur: sic ex ore sapientis, animi simulachra perspicuntur.* Referatis templi portis, statim sacræ apparent imagines divinum quid ostentantes: sic cum sapiens os suum aperuerit, non nisi divina audiri debent, nec quicquam audiri fas est, quod scurrile, aut leve sit; nihil, quod non sit à religione, & lege haustum. *Quia Angelus Domini exercituum est.* Id est, Dei nuncius, & legatus, qui non suo, sed ejus, à quo legationem accepit, loquitur nomine. Atqui Christiani, Sapientis, & Sacerdotis verba, Dei folius verba sunt, cujus personam representant. Necessè ergo est, ut ab ejus ore non nisi verba divina & sacra profluant, quæ Deum ipsum deceant, & illi subscribantur. Et licet Doctor Evangelicus sibi homo existat, qui sibi videlicet peccet, sibi erret: at populo, quem ad pietatem informat, Angelus Dei nuncius, imò Deus ipse, cujus natura indefectibilis, & qui errare nequeat, aut verbis suis fallere, aut scurrile quid, & leve loqui, certo quodam modo sit.

856 Apud Jeremiam habes cap. 15. 19. *illam Dei ipsius ad Ecclesiæ sapientes, qui animarum salutem incumbunt, adhortationem: Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Laudo aliorum expositiones, etsi nulla sit, quæ cum adjunctis omnino coherere videatur. Idcirco licebit aliam adducere in re obscurâ. Sic igitur explico: *Si separaveris pretiosum à vili:*

Deum loquentem ambuletur Verbum divinum generantem. à vili: id est, si sermonem facturus discrimen agnoscas, statuasque inter illa verba, quæ vilia sunt, ludus, & nugæ, & inter ea, quæ pretiosa sunt, solida, & sacra; atque hæc facias, illis contemptis; quasi os meum eris. Posteriora hæc verba sensum prioribus datum confirmant, & satis probant in priori hemistichio sermonem esse de sapiente verborum electione. Itaque quemadmodum Pater æternus, cum os suum aperuisse dicitur (ore accepto metaphorice pro intellectu) Verbum protulit divinum, sacrum, pretiosum; simili modo Doctor Christianus, qui inter loquendum scit pretiosum, & purum à vili, fordidoque fecernere, erit planè quasi Dei ipsius os; tum quia eodem, quo Deus, sermone utitur: tum quia (ut Sanctus Chrysostomus ait Hom. 4. in Genesim) quantum homini licet, Deum imitatur. Et Hom. 5. adversus Judæos tomo 5. *Facies ut sit os tuum sicut os Dei; ut os meum erit os tuum purum, sanctumque.* Tum demum, quia per illum Deus ipse talia verba fingit, animatque; uti Sanctus Gregorius exponit lib. 33. Moral. cap. 23. *Os Dei dicitur, quia per eum (Deum scilicet) procul dubio eloquia divina formantur.* Nonne quasi Dei Patris os erit, qui ad ipsius similitudinem Christum verum Deum & hominem, in animis credentium per prædicationem genuerit? Gignit planè Doctor, qui pretiosis, divinis, ac sacris utitur verbis, & sententiis. Sic testatur Paulus 1. Corin. 4. 15. *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Id est ipsius Christi virtute, & prælectione Christum in cordibus vestris efformavi. Et ad Galat. 4. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Rectè proinde Sanctus Gregorius Hom. 3. in Evangelia: *Quasi parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit: & mater ejus efficitur, si per ejus vocem amor Domini in proximi mente generatur.* Vide qua fraudeur prole qui sacri Doctoris personam agens, non nisi manibus sententiis utitur, sermone nimis artificiosè culto, electo, phalerato; & totus in sectandis argutiis est, ad ingenioli acumen ostentandum, & captandam disertæ gloriolam.

857 Illa Proverbiorum verba cap. 31. 26. Ecclesiæ Christianæ, vel Christianæ Sapientia in suis concionatoribus adscribenda, *Os suum aperuit Sapientia, & lex clementia in lingua ejus.* Ex Hebræo veritas; *Os suum aperuit in sapientia.* LXX. *attentè & legitime.* Chaldaus & Theodotus posteriora verba reddunt: *& lex gratia in lingua ejus.* Quid hoc? Loquendi forma videtur Ecclesiæ sapientibus præscribi: ut si os aliàs semper clausum, referare opus sit, id fiat in sapientia, attentè & legitime, hoc est cum verborum meditatione, opportunitate, & delectu: ut non nisi verba pretiosa, sacra, atque divina ex sapientis Concionatoris ore effluant, ac si thesaurus aperiretur. Qui secus faciunt, non in sapientia, sed in insipientia os suum aperiunt. Sed non ea propter sermo rufficanus, & incongruus sit, inelegans, & inurbanus; qui perdat concionum gravitatem, verbi Dei fructum; sed cum debita politione illustris, floridus, gravis, suavis, gratus. Id enim præ se ferunt illa verba, & lex gratia in lingua ejus. Huc spectabat concionatorum coryphæus, & Evangelii tuba Paulus ad Coloss. 4. 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* In sale gratiam agnoscit, & aliqualem gratiarum leporem, Origenes P. Idæph. de Flores in Eccle. 3.

Deum loquentem ambuletur Verbum divinum generantem. à vili: id est, si sermonem facturus discrimen agnoscas, statuasque inter illa verba, quæ vilia sunt, ludus, & nugæ, & inter ea, quæ pretiosa sunt, solida, & sacra; atque hæc facias, illis contemptis; quasi os meum eris. Posteriora hæc verba sensum prioribus datum confirmant, & satis probant in priori hemistichio sermonem esse de sapiente verborum electione. Itaque quemadmodum Pater æternus, cum os suum aperuisse dicitur (ore accepto metaphorice pro intellectu) Verbum protulit divinum, sacrum, pretiosum; simili modo Doctor Christianus, qui inter loquendum scit pretiosum, & purum à vili, fordidoque fecernere, erit planè quasi Dei ipsius os; tum quia eodem, quo Deus, sermone utitur: tum quia (ut Sanctus Chrysostomus ait Hom. 4. in Genesim) quantum homini licet, Deum imitatur. Et Hom. 5. adversus Judæos tomo 5. *Facies ut sit os tuum sicut os Dei; ut os meum erit os tuum purum, sanctumque.* Tum demum, quia per illum Deus ipse talia verba fingit, animatque; uti Sanctus Gregorius exponit lib. 33. Moral. cap. 23. *Os Dei dicitur, quia per eum (Deum scilicet) procul dubio eloquia divina formantur.* Nonne quasi Dei Patris os erit, qui ad ipsius similitudinem Christum verum Deum & hominem, in animis credentium per prædicationem genuerit? Gignit planè Doctor, qui pretiosis, divinis, ac sacris utitur verbis, & sententiis. Sic testatur Paulus 1. Corin. 4. 15. *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Id est ipsius Christi virtute, & prælectione Christum in cordibus vestris efformavi. Et ad Galat. 4. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Rectè proinde Sanctus Gregorius Hom. 3. in Evangelia: *Quasi parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit: & mater ejus efficitur, si per ejus vocem amor Domini in proximi mente generatur.* Vide qua fraudeur prole qui sacri Doctoris personam agens, non nisi manibus sententiis utitur, sermone nimis artificiosè culto, electo, phalerato; & totus in sectandis argutiis est, ad ingenioli acumen ostentandum, & captandam disertæ gloriolam.

857 Illa Proverbiorum verba cap. 31. 26. Ecclesiæ Christianæ, vel Christianæ Sapientia in suis concionatoribus adscribenda, *Os suum aperuit Sapientia, & lex clementia in lingua ejus.* Ex Hebræo veritas; *Os suum aperuit in sapientia.* LXX. *attentè & legitime.* Chaldaus & Theodotus posteriora verba reddunt: *& lex gratia in lingua ejus.* Quid hoc? Loquendi forma videtur Ecclesiæ sapientibus præscribi: ut si os aliàs semper clausum, referare opus sit, id fiat in sapientia, attentè & legitime, hoc est cum verborum meditatione, opportunitate, & delectu: ut non nisi verba pretiosa, sacra, atque divina ex sapientis Concionatoris ore effluant, ac si thesaurus aperiretur. Qui secus faciunt, non in sapientia, sed in insipientia os suum aperiunt. Sed non ea propter sermo rufficanus, & incongruus sit, inelegans, & inurbanus; qui perdat concionum gravitatem, verbi Dei fructum; sed cum debita politione illustris, floridus, gravis, suavis, gratus. Id enim præ se ferunt illa verba, & lex gratia in lingua ejus. Huc spectabat concionatorum coryphæus, & Evangelii tuba Paulus ad Coloss. 4. 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* In sale gratiam agnoscit, & aliqualem gratiarum leporem, Origenes P. Idæph. de Flores in Eccle. 3.

nes: nosser verò Cornelius eloquentiam. Unde illud S. Basilii Seleuci de prædicatione Apostolorum Orat. 30. *Petrus populum universum lingua cepit. Palæstini adhamari artem gratia transportant in insulas.* Non arte sermonis, seu humanâ eloquentiâ præditi erant, sed arte gratia, vel gratiæ robore, qua sermo reddebatur gratiofus menti, virilis, & sublimior ad Gentium conversionem.

858 De Beseleel dicitur Exod. 35. 31. *Im-Exod. 35: plevit eum Dominus spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære, sculpentisque lapidibus, &c. ut faciat opera abietarii, polymitarii, ac plumarii de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso.* Expende ad quid spiritu Dei, sapientia, intelligentia, scientia, & omni affletur doctrina Beseleel. Ut videlicet opus Tabernaculi excogitet, & elaboret, non humilis, non vili & abjecta aliqua materia, sed pretiosa, & sublimis; nempe auro, argento, & ære; ut plumarium, & phrygionicum opus perficiat hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso; ut lapidum sculpturis fludeat; ut omnia pretiosa & perpolita evadant. Debent enim res divinæ suum habere cultum, pretium, & ornatum; decetque ut Templi auro, & argento, gemmisque pretiosissimis fulgeant, nitida pavimenta habeant, & accuratas munditias. Sic exornantur, & exhilarantur, sic in pretio sunt, & animos ad pietatem accendunt. Sed quorsum hæc? Cerè in Beseleel sublimius aliquid adumbratur, cum id nomen nobis sonet in umbra Dei. Tabernaculum verò tantopere exornatum, & pretiosum umbram etiam habebat futurorum bonorum. Rem ergo totam illustret Vincentius Lirinensis Abbas cap. 27. ita egregiè, & opportunè: *O Timothee! ô Sacerdos! ô Doctor! si te divinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrina; esto spiritualis Tabernaculi Beseleel: pretiosus divini dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapte, adorna sapienter; adice splendorem, gratiam, venustatem; intelligatur, te exponente, illustris, quod ante obscurius credebatur. Quid luculentius? Ut quidem sacri doceatur Doctores, & Concionatores, qui Ecclesiam doctrina, & prædicatione sua ædificant, utendum illis esse ad sacram hanc structuram, non vili, non humili, non abjecta aliqua materia, (ut sunt sententiæ, & interpretationes ex levi fundamento natae, quas argutias vocant, & ubique insectantur, & amant: & verba, ac voces undique ad ostentationem collectæ: oratio numerosis legibus circumscripta; vernantes figuræ, & affectatæ rerum descriptiones) sed pretiosa, sed sublimis, sed solida: ut sunt expositiones, & sententiæ ex sacris litteris, non ex suo cerebro, depromptæ juxta SS. Patrum mentem: oratio non rufficana, & incongrua, sed polita, sublimis, elaborata, nitida. Aurum & argentum divinorum eloquiorum. Si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas, quam vena concesserit: ut sapienter loquitur B. Ennodius Orat. 3. *Pretiosæ sententiarum gemmæ splendore, & decore carebunt, si non laboriosa adit Doctoris industria. Captanda omnia fideliter, adornanda sapienter, adjiciendus splendor, gratia, & venustas; nulla tamen species esse debet, quæ luxum oleat, & ornatum meretricium.* Ut enim Petrus Abbas Cellenfis lib. de*

T 3 Mosaicis

Deum loquentem ambuletur Verbum divinum generantem. à vili: id est, si sermonem facturus discrimen agnoscas, statuasque inter illa verba, quæ vilia sunt, ludus, & nugæ, & inter ea, quæ pretiosa sunt, solida, & sacra; atque hæc facias, illis contemptis; quasi os meum eris. Posteriora hæc verba sensum prioribus datum confirmant, & satis probant in priori hemistichio sermonem esse de sapiente verborum electione. Itaque quemadmodum Pater æternus, cum os suum aperuisse dicitur (ore accepto metaphorice pro intellectu) Verbum protulit divinum, sacrum, pretiosum; simili modo Doctor Christianus, qui inter loquendum scit pretiosum, & purum à vili, fordidoque fecernere, erit planè quasi Dei ipsius os; tum quia eodem, quo Deus, sermone utitur: tum quia (ut Sanctus Chrysostomus ait Hom. 4. in Genesim) quantum homini licet, Deum imitatur. Et Hom. 5. adversus Judæos tomo 5. *Facies ut sit os tuum sicut os Dei; ut os meum erit os tuum purum, sanctumque.* Tum demum, quia per illum Deus ipse talia verba fingit, animatque; uti Sanctus Gregorius exponit lib. 33. Moral. cap. 23. *Os Dei dicitur, quia per eum (Deum scilicet) procul dubio eloquia divina formantur.* Nonne quasi Dei Patris os erit, qui ad ipsius similitudinem Christum verum Deum & hominem, in animis credentium per prædicationem genuerit? Gignit planè Doctor, qui pretiosis, divinis, ac sacris utitur verbis, & sententiis. Sic testatur Paulus 1. Corin. 4. 15. *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Id est ipsius Christi virtute, & prælectione Christum in cordibus vestris efformavi. Et ad Galat. 4. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Rectè proinde Sanctus Gregorius Hom. 3. in Evangelia: *Quasi parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit: & mater ejus efficitur, si per ejus vocem amor Domini in proximi mente generatur.* Vide qua fraudeur prole qui sacri Doctoris personam agens, non nisi manibus sententiis utitur, sermone nimis artificiosè culto, electo, phalerato; & totus in sectandis argutiis est, ad ingenioli acumen ostentandum, & captandam disertæ gloriolam.

857 Illa Proverbiorum verba cap. 31. 26. Ecclesiæ Christianæ, vel Christianæ Sapientia in suis concionatoribus adscribenda, *Os suum aperuit Sapientia, & lex clementia in lingua ejus.* Ex Hebræo veritas; *Os suum aperuit in sapientia.* LXX. *attentè & legitime.* Chaldaus & Theodotus posteriora verba reddunt: *& lex gratia in lingua ejus.* Quid hoc? Loquendi forma videtur Ecclesiæ sapientibus præscribi: ut si os aliàs semper clausum, referare opus sit, id fiat in sapientia, attentè & legitime, hoc est cum verborum meditatione, opportunitate, & delectu: ut non nisi verba pretiosa, sacra, atque divina ex sapientis Concionatoris ore effluant, ac si thesaurus aperiretur. Qui secus faciunt, non in sapientia, sed in insipientia os suum aperiunt. Sed non ea propter sermo rufficanus, & incongruus sit, inelegans, & inurbanus; qui perdat concionum gravitatem, verbi Dei fructum; sed cum debita politione illustris, floridus, gravis, suavis, gratus. Id enim præ se ferunt illa verba, & lex gratia in lingua ejus. Huc spectabat concionatorum coryphæus, & Evangelii tuba Paulus ad Coloss. 4. 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* In sale gratiam agnoscit, & aliqualem gratiarum leporem, Origenes P. Idæph. de Flores in Eccle. 3.

nes: nosser verò Cornelius eloquentiam. Unde illud S. Basilii Seleuci de prædicatione Apostolorum Orat. 30. *Petrus populum universum lingua cepit. Palæstini adhamari artem gratia transportant in insulas.* Non arte sermonis, seu humanâ eloquentiâ præditi erant, sed arte gratia, vel gratiæ robore, qua sermo reddebatur gratiofus menti, virilis, & sublimior ad Gentium conversionem.

858 De Beseleel dicitur Exod. 35. 31. *Im-Exod. 35: plevit eum Dominus spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære, sculpentisque lapidibus, &c. ut faciat opera abietarii, polymitarii, ac plumarii de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso.* Expende ad quid spiritu Dei, sapientia, intelligentia, scientia, & omni affletur doctrina Beseleel. Ut videlicet opus Tabernaculi excogitet, & elaboret, non humilis, non vili & abjecta aliqua materia, sed pretiosa, & sublimis; nempe auro, argento, & ære; ut plumarium, & phrygionicum opus perficiat hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso; ut lapidum sculpturis fludeat; ut omnia pretiosa & perpolita evadant. Debent enim res divinæ suum habere cultum, pretium, & ornatum; decetque ut Templi auro, & argento, gemmisque pretiosissimis fulgeant, nitida pavimenta habeant, & accuratas munditias. Sic exornantur, & exhilarantur, sic in pretio sunt, & animos ad pietatem accendunt. Sed quorsum hæc? Cerè in Beseleel sublimius aliquid adumbratur, cum id nomen nobis sonet in umbra Dei. Tabernaculum verò tantopere exornatum, & pretiosum umbram etiam habebat futurorum bonorum. Rem ergo totam illustret Vincentius Lirinensis Abbas cap. 27. ita egregiè, & opportunè: *O Timothee! ô Sacerdos! ô Doctor! si te divinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrina; esto spiritualis Tabernaculi Beseleel: pretiosus divini dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapte, adorna sapienter; adice splendorem, gratiam, venustatem; intelligatur, te exponente, illustris, quod ante obscurius credebatur. Quid luculentius? Ut quidem sacri doceatur Doctores, & Concionatores, qui Ecclesiam doctrina, & prædicatione sua ædificant, utendum illis esse ad sacram hanc structuram, non vili, non humili, non abjecta aliqua materia, (ut sunt sententiæ, & interpretationes ex levi fundamento natae, quas argutias vocant, & ubique insectantur, & amant: & verba, ac voces undique ad ostentationem collectæ: oratio numerosis legibus circumscripta; vernantes figuræ, & affectatæ rerum descriptiones) sed pretiosa, sed sublimis, sed solida: ut sunt expositiones, & sententiæ ex sacris litteris, non ex suo cerebro, depromptæ juxta SS. Patrum mentem: oratio non rufficana, & incongrua, sed polita, sublimis, elaborata, nitida. Aurum & argentum divinorum eloquiorum. Si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas, quam vena concesserit: ut sapienter loquitur B. Ennodius Orat. 3. *Pretiosæ sententiarum gemmæ splendore, & decore carebunt, si non laboriosa adit Doctoris industria. Captanda omnia fideliter, adornanda sapienter, adjiciendus splendor, gratia, & venustas; nulla tamen species esse debet, quæ luxum oleat, & ornatum meretricium.* Ut enim Petrus Abbas Cellenfis lib. de*

T 3 Mosaicis

T 3 Mosaicis